



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

C.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

# BULLA CRUCIATÆ.

Vide verbo *Absolutio*. §. 15.

## CALIX.

An Nostri Laici possint tangere calices  
vide verbo *Sacra*. §. 1.

## CANONICA PORTIO.

Vide verbo *Exemptio*. §. 4.

## CASUS RESER- VATI.

A quibus reservatis Nostri possint absol-  
vere, seu absolvi, vide verbo *Absolutio*.



## CAUSA.

*In Nostris causis summarie proce-  
dendum.*



Er privilegium Abbati, &  
Conventui Monasterii San-  
Pauli extra muros Urbis, Or-  
dinis S. Benedicti concessum,  
quamdiu in Regulari observantia perman-  
serimus, in omnibus Nostris causis, cum  
qui-

quibusvis personis, & ante quoslibet Iudices, summarie & de plano, sine strepitu & figura iudicii, solâ facti veritate inspectâ, procedi debere. NICOLAUS V. confirmâs litteras EVGENII datas Romæ apud S. Petrû año M.CD.XLVII. III. Kal. Mart. Pontificatûs sui anno 1. & habetur in registro. lib. 2. de Regul. fol. 150. referturque in manuscript. fol. 40. pag. 1. & melius ac ad longum, fol. 73. pag. 2. Idemque habetur inter privilegia Montis Oliveti, ut in impressis, fol. 47. & seq.

## CENSURÆ.

An Nostri à censuris absolvant, & an absoluti aliquo casu reincidant, vide verbo *Absolutio.*

## CENSUS.

Vide verbo *Alienatio. §. 2.*

## CESSATIO A DIVINIS.

Vide verbo *Interdictum. §. 5. & subsequentibus.*

## COLLECTÆ.

Vide verbo *Exemptio. §. 4.*

COL-

## COLLEGIA.

§. I.




Collegia Societatis possunt habere redditus. PAULUS III. pag. 3. & JULIUS III. pag. 10.

§. 2.

*Collegiorum gubernatio est penès Generalem.*

Omnimoda Collegiorum gubernatio est penès Præpositum Generalem. PIUS V. pag. 33. Collegia posse recipi, & simul atque constructa & dotata fuerint, auctoritate Apostolicâ erecta censerî; habetur verbo *Bona*. §. 1. & 2.



COMMUNICATIO GRATIARUM,  
& piorum operum.

§. I.

*Quas gratias communicem Præpositi inferiores.*



Præpositi inferiores possunt de licentia Præpositi Generalis, communicare quibusvis de Societate gratias sibi

C 4

COMI

communicatas per Præpositum Generalem, vel Provincialem. JULIUS III. pag. 23. junctâ communicatione GREGORII XIII. de qua inferiùs §. 5.

## §. 2.

*Omnia privilegia, &c. conceduntur  
Præposito, & omnibus Societatis  
æquè principaliter.*

Omnia privilegia, etiam speciali notâ digna, immunitates, exemptiones, facultates, concessionem, indulta, indulgentiæ, peccatorum remissiones, gratiæ tam spirituales quàm temporales, litteræque Apostolicæ, etiam justitiam, sive mixtim concernentia, etiam per modum extensionis, aut communicationis, aut aliàs concessa, seu concedenda quibusvis Ordinibus, Fratrum & Sororum Mendicantium, illorumque Congregationibus, Conventibus, & Capitulis, ac utriusque sexûs personis, ac illorum Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis piis locis, conceduntur Præposito, ac omnibus Societatis personis, Domibus, ac Collegiis, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter. Pius V. pag. 37.

## §. 3.

*Nostri, Ecclesia, &c. gaudent omnibus  
& singulis privilegiis, Mendicantibus,  
& ali-*

*Et aliis Ordinibus, concessis; Et concedendis  
dummodo Professioni nostræ  
non repugnent.*

Per Privilegium, concessum Minoribus à Clem. VII. per Bullam, dat. 30. Maji. 1525. Incipit: *Dum fructus uberes: est* 2. in Bull. Regul. Nostri, Ecclesiæ, ac loca nostra, gaudent omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, quibusvis Congregationibus Ordinum Mendicantium quomodolibet concessis & concedendis. Gaudent præterea quibusvis facultatibus & gratiis, Nostræ Professioni regularis observantiæ non contrariis, aliis Ordinibus quibuscumque non Mendicantibus, quomodolibet concessis & concedendis, in omnibus & per omnia, perinde ac si Nobis concessa specialiter fuissent, & quidem per quoscumque Romanos Pontifices. Concessit Pius V. p. 37. & Ordinibus etiam non Mendicantibus, aliisque amplissimis clausulis. Greg. XIII. Minoribus per Bullam dat. 21. Mart. 1575. Incipit: *Ex benigna: est* 1. in Bull. Regul. & idem Gregor. Ordini SS. Trinitatis per Bullam, datam 18. Novemb. 1575. Incipit: *Regimini: est* 29 in Bull. Regul. Quin & quibuslibet Ordinibus Militaribus; etiamsi eorum specialis, & individua mentio fieri deberet, Gregor. XIV. Cisterciensibus

bus per Bullam, dat. 28. Jun. 1591. Incipit: *Romanus Pontifex*: est 3. ibidem. Et etiamsi per solam signaturam, aut vivæ vocis oraculo fuissent concessa, Greg. XIII. in Bullis proximè citatis. Pariter per facultatem Prædicatorum, Nos, Domus nostræ, Ecclesiæ, & alia loca, possumus frui omnibus privilegiis Mendicantium, & aliorum quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Confraternitatum, Fratribus & personis, Ecclesiis & Monasteriis, Domibus & Oratoriis, & aliis piis locis per JULIUM III. suosque Prædecessores concessis. Concessit JULIUS III. Ordini Prædicatorum, per Bullam dat. 10. Jul. 1551. Incipit: *In Sacra B. Petri Sede*: & est 3. in Bull. Regul. Habetur etiam à Clem. VII. in Bulla suprâ citata; & à Gregor. XIII. Nostræ Societati. pag. 45.

## §. 4.

*Quomodo supradictis utendum.*

Ut gratiis & privilegiis, de quibus in duobus proximè præcedentibus §§. mentio fit, uti possimus, opus est, nè Instituto Societatis, voluntati ac beneplacito Præpositi Generalis, seu deputatarum personarum refragentur, ut patet ex litteris PII V. pag. 38.

## §. 5.

*Omnia privilegia, &c. Generali concessa*

*cessa intelliguntur, & ceteris de e-  
jus licentia.*

Omnia aliorum privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessionnes, indulta, indulgentiæ, remissiones, gratiæ & litteræ, Societati concessa, de quibus in præcedentibus paragraphis mentio fit, necnon & quæ ipsi Societati nominatim, vel ejus Præposito, aut personis, seu locis hætenus concessa sunt, seu in posterum concedentur; Præposito Generali concessa intelliguntur, qui illa per seipsum, vel alium, seu alios, ab eo, vel de ejus commissione electos, seu eligendos, quibuscumque personis de Societate, sub ejusdem Obedientia degentibus, & quæ in ea tria vota consveta, etiam simplicia, emiserint, communicare liberè poterit. Nec aliter ceteræ personæ Societatis prædictis privilegiis, facultatibus, & aliis præmissis uti aut gaudere possunt: illorumque usus juxta Societatis Institutum, Constitutiones, & morem esse debet. GREGORIUS XIII. pag. 45. & 46. qui postea vivæ vocis oraculo concessit, ut prædicta communicatio Novitiis etiam fieri possit. Habetur in vivæ vocis oraculis M. S. pag. 126. & per Bullam Sixti IV. pro Carmelitanis dat. 6. Kal. Dec. 1477. est 37. in Bull. Regularium in n. 84. & Julii II. pro Augustinianis dat. 24. Sept. 1508.

est 4. hujus Pontificis in eorum Bullario ;  
cujus Originale servatur in eorundem Ar-  
chivio Romano.

*Hanc communicationem poterunt concedere Superiores Novitiis, sicut & ceteris.*

## §. 6.

*Communicatio privilegiorum extenditur etiam ad viva vocis oracula.*

Communicatio privilegiorum, quam Societas habet cum aliis Mendicantibus, ad ea etiam extenditur, quæ vivæ vocis oraculo ab eis impetrata, aut eis in genere donata sunt: & quidquid alicui eorum hoc modo, aut quovis alio hætenus concessum est, aut in posterum concedetur, id omne Motu proprio, & ex certa scientia, Nostris concessum etiam censendum est. JULIUS II. Augustinianis, per litteras in forma Brevis dat. 30. Jun. 1508. ut in Bullario Regularium post 22. Bullam hujus Pontificis.

## §. 7.

*Omnium bonorum spiritualium Religionum particeps est Societas.*

Omnium jejuniorum, ac aliorum quorumcumque spiritualium bonorum, & piorum operum, quæ in omnibus Religionibus, ac ubicumque in toto orbe pro tempore fiunt, participes sunt personæ Societatis. Concessum est à Leone X.

Con-

Confraternitati Charitatis de Urbe per Bullam dat. 5. Kal. Febr. 1520. Incipit: *Illius, qui Charitas est*: estque 37. in Bull. com. in n. 5. Vide etiã V. Generalis. §. 7.

*Sciãnt Nostri, per facultates hoc verbo relatas, non posse eos, aut loca ulla Societatis, uti quocumque aliorum privilegio, exceptis iis, qua hoc Compendio continentur, ac juxta modum, quo in eo communicantur: quod si in aliquo particulari casu aliquo alio privilegio uti oporteat, servetur modus in hujus Compendii prasatione prascriptus.*

Vide verbo *Gratiarum usus*, & verbo *Generalis. §. 7.*

COMMUNITIO.

§. I.

*Facultas commutandi omnia vota, exceptis ultramarinis, &c.*



Confessarii Societatis possunt commutare omnia vota, exceptis ultramarinis, & Petri & Pauli de Urbe, S. Jacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis. PAULUS III. pag 7. quam facultatem cum eadem

eadem exceptione extendit GREGORIUS XIII. ad vota jurata, dummodo commutatio non fiat in præjudicium tertii. Habetur pag. 47.

*Communicatur hæc facultas omnibus Confessariis approbatis, eodem modo tamen, quo facultas absolvendi, que habetur supra verbo Absolutio. §. 1.*

## §. 2.

*Facultas Commutandi votum simplex alterius Religionis.*

II, ad quos pertinet Officium admit-  
tendi eos, qui ingredi volunt Societatem,  
possunt commutare votum simplex ingre-  
diendi aliam Religionem, etiam determi-  
natam, in vota consveta Societatis, quan-  
do is, cui facienda est commutatio, devo-  
tionem ad id sentiret, vel Societas, aut,  
qui ipsum admittit, vocationem ejus esse  
potius ad Societatem nostram, quam ad  
aliam Religionem existimaret. Concessum  
est hoc à summo Pœnitentiario, habente  
ad id facultatem, ut est in Vivæ vocis ora-  
culis, pag. 13.

## §. 3.

*Facultas dispensandi in voto simpli-  
ci Religionem ingrediendi, eri-  
am arctiorem.*

Omnes Præpositi Domorum, ac Re-  
dores, seu Visitatores Societatis, sinè  
præ-

prædicta limitatione, de qua in §. præcedenti, possunt dispensare cum ingredientibus in Societatem in voto Religionis; etiam si arctiorem Religionem ingredi vovissent: si quis tamen à Societate ante Professionem recesserit, dispensatio nulla erit. Concessit hoc EVGENIUS IV. Congregationi Sanctæ Justinæ, per Bullam datam 30. Junii 1436. Incipit: *Etsi quaslibet*: est 11. in Bullario Regular. in n. 8. 9. & Leo X. Camaldulensibus per Bullam, dat. 4. Non. Julii 1513. est 2. in Bull. comm. in n. 39. & Sixtus IV. Congreg. Lateranensi per Bullam dat. 10. Kal. Sept. 1476. Incipit: *Dum ad universos*: est 10. in Bull. communi in n. 29. Per privilegium verò ejusdem EVGENII IV. concessum Congregationi S. Georgii in Alga per Breve, datum 10. Kal. Junii. 1437. quod affertur in Libro Privilegiorum Congr. S. Ioan. Evangelistæ in Lusitania fol. 8. pag. 1. possunt recipi in Societatem, quicumq; aliquam Religionem intrandi, & ibi permanendi ex quavis causa votum fecerint.

Ex quo tamen intelligitur, hanc concessionem tum demum locum habere, si Societatem intraverint, & in illa perpetuò famulari Altissimo promiserint.

*Hac facultate soli, & magna cum consideratione utentur Provinciales, nisi ipsi eam in casu*

casu aliquo alicui communicarent: Et cum  
 usi fuerint, admoneant Præpositum Genera-  
 lem.

## §. 4.

Facultas commutandi legata, &c.  
 Generali reservata.

Per facultates concessas Prælati Ordinis Minorum, possunt omnes Nostri Præpositi ac Rectores commutare ex uno usu ad alium necessarium legata, quæ relinquuntur Nostri Collegiis aut Domibus, dummodo id fiat sine scandalo eorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet. SIXTUS IV. in Supplem. Min. fol. 95. concess. 317. referturque in eorum Comp. verb. *Commutare*. §. 1. quam concessionem ampliavit LEO X. in rebus donatis per viuentes, si tamen, ut dictum est, non sequatur scandalum prædictorum. Habetur in dicto Supplem. fol. 93. pag. 2. concess. 293. & refertur in Comp. ubi supra. §. 2.

De commutatione ultimæ voluntatis in alienationibus, vide verbo *Alienatio*. §. ult.

CONCILIUM  
 Tridentium.

## §. 1.

Decla-

*Declarationes Concilii Tridentini circa res & Institutum Societatis,*



Uotiescumque à Societate , vel à Præposito Generali, dubia aliqua circa Concilium Tridentinum proponuntur, quæ Institutum, vel res Societatis concernant, mens PII V. fuit, ut Cardinales ad declarationem ejusdem Concilii deputati, postquam ea declaraverint & determinaverint, reddant publicum testimonium declarationis & determinationis factæ. Habetur ex Vivæ vocis oraculo. ut in M. S. P. 44.

§. 2.

*Non obstante definitione per Concil. Trident. remanet integrum Institutum quoad renuntiationem, &c.*

Declaravit Pius V. non obstare definitionem Concilii Trident. sess. 25. cap. 16. de Regul. quin licitum sit Societati, perinde atque ante dictam Synodum licebat, facere quæcumque ad ejus Institutum pertinent, quoad renuntiationem, obligationem, Professionemque faciendam finito tempore Novitiatus. Id fuit Oraculum post consultam S. Congregationem, & teste Card. Alciato ut in M. S. pag. 47. & seq.

§. 3.

## §. 3.

*In foro conscientie uti possumus omnibus gratiis, etiam derogatis per Concilium.*

Possimus uti in foro conscientie omnibus gratiis, per Antecessores Pii V. Minoribus concessis, etiam quoad illas ex eis, quæ sunt restrictæ, seu derogatæ per Concilium Trident. prout eisdem concessit idem Pius V. Vivæ vocis orac. die XXIII. Martii, an: M. DL. XVII. ut in Bull. Regul. inter Oracula ejusdem Pontificis n. 15. & Constitutione sua pro Mendicantibus dat. 17. Kal. Julii ejusdem anni. Incipit: *Et si Mendicantium Ordines: est 7.* in Bull. Regul. ubi multa privilegia, sublata per Concilium, Regul. restituuntur. Sed hæc Constitutio, aliæque ejusdem Pontificis in eadem materia, revocatæ sunt à Greg. XIII. Bullâ 9. in Bull. comm. quæ tamen non facit mentionem de vivæ vocis oraculis, præsertim pro foro conscientie.

*Quæ hoc §. dicuntur, intelligantur de privilegiis hoc Compendio contentis, ut dicitur verbo Communicatio, in fine; Et de occultis seu non manifestis. Nam pro hujusmodi tantum fieri solent similes concessiones vivæ vocis oraculo.*

CON-

# CONFESSARIUS.

## §. I.

*Nostris omnes confiteri possunt.*



Mnes Christi fideles possunt confiteri Nostris, licentiâ suorum Rectorum minimè requisitâ. PAULUS III. p. 13.

*Hæc facultas communicatur omnibus Confessariis, de quibus supra verbo Absolutio. §. I.*

## §. 2.

*Nostris concionari, & Confessiones ubique audire possunt, non repugnantibus Curatis, &c.*

Confessarii Nostris, ac Prædicatores, ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus ad hujusmodi munera deputati, quodcumque, sive mari, sive terrâ iter faciunt, possunt, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, & quorumcumque Christi fidelium Confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentiâ desuper obtentâ. GREGORIUS XIII. pag. 46. & seq. Super hoc privilegio videndum, quatenus ei obstet Con-

Constitutio Urbani VIII. Incipit: *Cum sicut accepimus*: est 92. in Bull. comm.

*Qui è Nostris mittentur fructificaturi in aliqua diœcesi, etsi in itinere, poterunt, sicut & reliqui Societatis Operarii, uti hac facultate, etiam intra eandem diœcesim, ad quam destinati sunt, per eam tamen excurrere non debent, antequam rectâ ad Episcopum, vel eo absente, ad ejus Vicarium, tendant, illi se offerant, & facultatem fructificandi obtineant: quòd si longè absint, petant per litteras.*

§. 3.

*Facultas aperiendi litteras Pœnitentiaria.*

Possunt Nostri Sacerdotes designati per Præpositum Generalem, aut de ejus licentia per alios Superiores Societatis, & à locorum Ordinariis approbandi, etiamsi nullo gradu sint insigniti, aperire litteras sacrae Pœnitentiariae, destinatas Magistris in Theologia, vel in Jure Canonico Doctores: & auditis Confessionibus recurrentium ad ipsos, impositâ illis pœnitentiâ, in litteris expressâ, vel de jure infligendâ, eos absolvere, ac in foro conscientiae quascumque sibi verbo vel scripto commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum injunctiones excipere, & exsequi.

GREGORIUS XIII. pag. 67.

*Ad hanc*

*Ad hanc facultatem, aperiendi dictas litteras, designantur omnes Superiores, aliàs approbatì juxta hanc concessionem, & omnes alii Confessarii, quos ipsi ad id deputaverint.*

*S. 4.*

*Nostri Superiori, aut per eum designato confiteri debent.*

Quilibet de Societate debet confiteri Præposito, vel ab eo secundùm Ordinationes Societatis designato Confessario, nisi super hoc à dicto Præposito alium Confessariũ eligendi habuerit facultatem. PAULUS III. pag. 11. Et quia huic privilegio videbatur obstare Decretũ Clem. VIII. die 26. Maji, 1594. relatum in cap. 5. nostrarum Ordinationum; ùt ibi subditur; idem Pontifex V. V. O. dispensavit, nè in singulis Dominicis, præter Confessarium Ordinarium, Superiores teneantur deputare duos, vel plures, qui à non reservatis absolvant; & Urbanus VIII. litteris in forma Brevis datis. 23. Aug. 1641. quæ servantur in Archivio Romano, id confirmavit, sed adjunctâ conditione, ut quolibet anno quinquies, aut sexies, Confessarius extraordinarius offeratur, cui Nostri indistinctè, & cum effectu confiteri teneantur.

*S. 5.*

## §. 5.

*Fratres Nostrorum Confessiones audire non possunt.*

Fratres, quibus per litteras INNOCENTII IV. concessa est facultas, ut Confessiones generaliter audiant, non possunt Nostorum Confessiones audire. Concessit INNOCENTIUS IV. Ordini Prædicatorum, per Bullam dat. 7. Kal. April. 1247. Incipit: *Cum superna Lucis*: est 19. in Bull. Reg. Itèm per alias Bullas diversis Ordinibus, ut in Bull. comm. Clementis IV. Bulla 4. §. 24. Sixti IV. Bulla 6. §. 97. & 7. §. 29. itèm Julii 11. 10. §. 28.

## §. 6.

*Relaxatio juramenti.*

Confessarii Nostri, quælibet juramenta, sinè præjudicio tertii, relaxare possunt Nostri. CLEMENS VII. pro Confratribus Ordinis Carmelitarum per Bullam, dat. prid. Idus Aug. 1530. Incipit: *Ex clementi*: est 31. in Bull. comm. in n. 8. LEO X. per Bullam, dat. prid. non. Octob. 1520. Incipit: *Pastoris aterni*: est 2. ibid. in Appendice Tomi 3. in n. 11. Sed hæc limitat ad certas solemnitates.

*Hæc facultas communicatur Superioribus, Et aliis Confessariis, quibus ipsi judicaverint communicandam.*

§. 7.

## §. 6.

*Quas indulgentias Nostri possint concedere.*

Indulgentias, quas Nostri Confessarii nonnumquam possunt concedere, & quibus, vide verbo *Indulgentia*. §. 9. 15. & 25. Itē qualiter sint nullæ Confessiones Nostrorum, factæ aliis quàm deputatis Confessariis, vide suprā verbo *Absolutio*. §. 15. vide etiam verbo *Dispensatio*. §. 6.



# CONFESSIO- NALE.

*Impetrans confessionale, quā poenā plebendus.*



Uicumque Nostrorum Confessionale aliquod, absque expressa licentia, impetrare præsumit, eo ipso impetratis caret, ac per decennium præ eminentiā Societatis, si quam habet, ipso facto privatur; nec super privatione hujusmodi ab alio ullo, quàm à Romano Pontifice dispensari potest. CLEMENS VII. Congregationi S. Georgii in Alga, & est per Breve, datum 2. Febr. 1524. ut in Privilegi-

vilegiis impressis ejus Congregationis p.  
116. Vide verbo *Absolutio* §. 15.

CONFIRMA-  
TIO.

*Confirmatio Instituti, & Privilegi-  
orum.*



REGORIUS XIII. Societatis  
Institutum, (de quo latius p.  
73. & seq.) Constitutiones &  
Privilegia confirmavit p. 66.

GREGORIUS XIV. pag. 97. PAULUS V. p. 104.

Vide etiam, quæ notantur infra verbo  
*Privilegia*. §. 11. & verbo *Constitutiones*.

CONGREGA-  
tiones Externorum.

Vide V. Sodalitas.

CONGREGA-  
tiones Societatis.

§. 1.

Pri-



Rimariæ quædam electiones in Congregatione fiunt. GREGORIUS XIV. in sua Constitut. pag. 97.

§. 2.

In Congregationibus procedatur juxta Constitutiones & decreta. Idem p. 97.

CONSERVATOR.

§. I.

*Facultas Conservatores assumendi.*



Societas, & singulæ ejus personæ, & familiares Clerici, tam in causis civilibus, quàm criminalibus & mixtis, sive actores sint, sive rei, omnes & singulos Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, nec non alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, Canonicos Metropolitanarum Ecclesiarum, vel Cathedralium, & Vicarios Archiepiscoporum, & Episcoporum in Spiritualibus, eorumque Officiales generales, ubilibet constitutos, contra quascumque Communitates, & Collegia hujusmodi, in suos Conservatores,

D

tores,

tores, & Judices Ordinarios assumere possunt. Pius V. in Bulla per GREGORIUM XIII. edita pag. 39.

*Circa id, quod hoc §. dicitur quoad familiares, advertatur admonitio, quæ ponitur verbo Familiares. §. 5. Pro Legitimo usu Privilegiorum, spectantium ad hoc Verbum, consulenda Bulla Gregorii XV. 9. in Bull. comm. cum annexa Declaratione: & Innocentii X. 32. ibid.*

## §. 2.

*Conservatores etiam extra loca, in quibus deputantur, habent auctoritatem.*

Conservatores & Judices sic electi, etiam si sunt extra loca, in quibus deputati fuerint, habent potestatem, ut tam per se, quàm per alios Societatem defendant: nec permittant illam super bonis, & privilegiis, tam Apostolicâ, quàm Ordinariâ, & aliâ rite Regiâ auctoritate concessis, aliisque rebus ad ipsam pertinentibus, à quibuscumque personis tam secularibus, quàm Ecclesiasticis indebitè molestari, aut gravari. d. pag. 39. & seq.

## §. 3.

*Conservatores possunt procedere per censuras, etiam per auxilium brachii secularis.*

Conservatores, & Judices sic electi,  
cùm

cùm fuerint requisiti super Nostrorum bonorum restitutione, & privilegiorum observatione, possunt appellatione postpositâ per censuras Ecclesiasticas, quoties opus fuerit, usque ad auxilii brachii secularis invocationem procedere. In d. litteris p. 40.

## §. 4.

*Quando Conservatoribus tutus non patet accessus, per edicta publica prestare possunt suum officium.*

Quando Iudicibus & Conservatoribus hujusmodi tutus non pateret accessus ad loca, in quibus morari contingeret eos, qui monendi, inhibendi, atque citandi sunt; possunt hæc per edicta publica efficere, locis publicis ea affigendo, de quibus esset verisimilis conjectura, quòd ad ipsorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam valerent pervenire. uti supra pag. 40.

## §. 5.

*Possunt variis pœnis coërcere rebelles.*

Possunt præterea eisdem detentoribus, injuriatoribus, contradictoribus, & rebelibus inhibere sub censuris, & pœnis, etiam pecuniariis, suo arbitrio moderandis, liberèque suam jurisdictionem exercere: non obstantibus quibuscumque inhibitionibus sibi

factis, etiam prætextu quarumvis litterarum conservatoriarum, aut privilegiorum concessorum & concedendorum. In d. litteris pag. 40.

## §. 6.

*Possunt interdicare.*

Possunt item Ecclesiastico subijcere interdicto loca, ad quæ prædictas personas declinare contigerit, & in quibus scienter stare permissæ fuerint. pag. 41.

## §. 7.

*Inchoata per alium perfici possunt.*

Quilibet Conservatorum, & Iudicum præfatorum, potest prosequi articulum per alium inchoatum, etiamsi idem inchoans nullo canonico impedimento præpeditus sit. Iisdem litteris pag. 41.

## §. 8.

*Ut in Ecclesiastica dignitate constituti Nobis faveant.*

Mandatur cuilibet in Ecclesiastica dignitate constituto, & Metropolitanæ vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonico, quatenus à Nobis, vel Procuratoribus Nostri requisiti, per se vel alios, privilegia Nostra concessa & concedenda, solemniter publicent, & efficacis defensionis præsidio Nobis assistentes, faciant pacificâ possessione, seu quasi, eorundem gaudere. Con-

re. Concessit SIXTUS IV. Minoribus, per Bullam, dat. 31. Aug. 1474. Incipit: *Regimini*. est 14. in Bull. Regul. in n. 53. & Prædicatoribus sub eadem die, & anno, ibid. est 33. in n. 54. & Augustinianis dat. 7. Idus Febr. 1474. Incipit: *Dum fructus uberes*: est 34. ibid. Tenenturque præterea omnes personæ aliæ de jure capaces, pro parte Nostrorum requisitæ, nisi legitimo impedimento detentæ fuerint, jurisdictionem & conservationem Nostram sub excommunicationis pœna suscipere. Concessit Iulius II. Minoribus per Bullam, datam 15. Kalendas Junii 1504. Incipit: *In militantis*: est 9. in Bull. Regularium.

§. 9.

*Facultas eligendi Conservatores  
contra Ecclesiasticos.*

Itèm per privilegium in amplissima forma concessum Minimis per CLEMENTEM VII. per Bullam, datam 9. Martii 1524. Incipit: *Conquestionem*: est 6. in Bull. com. in n. 2. possumus eligere Nobis Conservatores contra quascumque personas Ecclesiasticas, tam Regulares quàm seculares, nec non laicos, Communia civitatum & diœcesium.

§. 10.

D 3

Con-

*Conservatores nolentes exsequi, ipso facto excommunicantur.*

Li quos in Conservatores eligere possumus per Bullam PII V. concessam Ordini Prædicatorum xxiii. Septembr. an. M. D. LXXI. & impressam Romæ anno M. D. LXXII. excommunicationis, seu suspensionis latæ sententiæ pœnam incurrunt statim, quod munus sive officium Conservatoris hujusmodi acceptare, ac debitè & plenariè exsequi neglexerint; & reservatur absolutio Summo Pontifici.

*Privilegiis hujus verbi uti poterunt Provinciales, & alii subordinati Superiores de eorum licentia. Circa superiora autem advertantur ea loca Concilii, que citantur infra verbo Exemptio. §. I. necnon & cap. II, de Reform. sess. 24.*



## CONSTITUTIONES.

§. I.

*Præpositus cum Generali Congregatione condendi jus habet quascumque Constitutiones, etiam mutandi, declarandi.*

Præ-



Præpositus cum Sociis in Congregatione Generali, accedente majori suffragiorum parte, quascumque particulares Constitutiones, quas ad finem in Societate propositum conformes esse judicaverint, condendi jus habent. PAULUS III. pag. 2. junctâ pag. 6. Itémque eas mutare, alterare, cassare, & alias de novo condere possunt, quæ simul ac conditæ erunt, auctoritate Apostolicâ confirmatæ censentur. Idem PAULUS. pag. 6. Possunt iidem eodem modo, quæ dubia esse poterunt in Societatis Instituto, declarare. JULIUS III. pag. 18.

## §. 2.

*Potest Generalis alia non ità magni momenti ex consilio A.A. ordinare.*

In aliis, quæ non sunt ità magni momenti, Præpositus Generalis, fratrum Consilio, quatenus ipse opportunum judicaverit, adjutus, quæ ad Dei gloriam, & commune bonum pertinere videbuntur, per seipsum ordinandi, & jubendi justotum habet. JULIUS III. pag. 18.

Circa declarationem Constitutionum, vide infrâ verbo *Generalis* §. 5. & 6. & circa confirmationem, verbo *Confirmatio*; & circa earum aut Instituto impugnationem,

D 4

aut in-



CORPORALIA.

*Tactus & benedictio corporalium.*



IN nostri laici possint tangere ac lavare corporalia, Vide verbo *Sacra.* §. 1. Vide etiam, quæ circa eorum benedictionem habentur. verbo *Benedicere.* §. 2. & 3.

CORRECTIO.

§. 1.

*Forma in correctionibus tenenda.*



IN infligendis correctionibus & punctionibus Nostrorum delinquentium, Prælati Societatis, ad quos id noscitur spectare, postpositis juris apicibus, libere procedere possunt, secundum consuetudines approbatas, & generalia Instituta Societatis facta, aut facienda, observatis in hoc deliberatione ac maturitate debitâ. Concessit BONIFACIUS VIII. Minoribus per Bullam, datam 2. Idus Nov. anno 1. Incipit : *Ad augmentum* : est 2. in Bull. Regul. & Cisterciensibus per Bullam, datam idib. Febr. anno 3. Incipit :

D s

Ad

*Ad augmentum.* ibid. & Julius II. Minimis per Bullam, dat. 5. Kal. Aug. 1506. Incipit: *Virtute conspicuos*; est post 10. ibid. in n. 29. & Congr. Montis Oliveti per Bullam, datam prid. Non. Junii, 1507. Incipit: *Etsi ad universos*; est 12. in Bull. comm. in n. 9. & LEO X. Camaldulensibus per Bullam, datam 4. Nov. anno 1. Incipit: *Etsi à Summo*; est 2. in Bull. comm. in n. 11.

*Hac facultas communicatur omnibus Superioribus.*

## §. 2.

*Facultas excommunicandi Nostros, incarcerandi, &c.*

Omnes Præpositi, per se vel alios quovis, Societatis insolentes, & qui id mereri videbuntur, possunt liberè excommunicare, capere, incarcerare, & aliàs suæ disciplinæ submittere; & ad id, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocare. PAULUS III. pag. 4.

*Communicatur omnibus Superioribus quoad alia ab excommunicatione, respectu cujus facultas sit penès Provinciale, prout dictum est verbo Apostatae. §. 5.*

An à correctione Regulæ liceat appellare. Vide supra verbo *Appellatio*.

## §. 3.

*An, &*

*An, & quomodo Nostri deputari possint ad Ministeria Prælatorum.*

Tam Præpositus Generalis, quàm alii Inferiores Superiores, minimè tenentur deputare Nostros ad ullum Ministerium, etiam Archiepiscoporum, aliarumque Ecclesiarum Prælatorum, nisi de autoritate Litterarum Sedis Apostolicæ, de Societate, & Indulto hujusmodi expressam facientium mentionem; & si quos deputari contingeret, nihilominus sub Ordinis correctione existant, & eosdem removere possint. Deputati verò ad prædicandam Crucem, vel ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, removeri à Præposito Generali possint, aliò transferri, quòd supersedeant juberi, alii in eorum locum substitui. Concessit Paulus III. pag. 39. & Innoc. IV. Minoribus per Bullam, datam 7. Kal. Sept. anno 4. Incipit: *Cum sicut accepimus*: est 3. in Bull. Regularium.

S. 4.

*De Confessariis Prælatorum, & Principum.*

Quicumque ex Nostris, non obtentâ licentiâ Summi Pontificis, fuerint Cardinalium, seu aliorum Prælatorum, aut quarumvis aliarum Personarum Ecclesiasticarum, vel secularium Confessarii, aut Familiares (non tamen in Domibus eorundem

Cardinalium commorantes) perinde Superioribus, & correctioni ipsorum sint subiecti, ac si ejusmodi clientelâ non potirentur. Imò ad renunciandum officiis, & familiaritatibus hujusmodi per Superiores Societatis compellendi. Concessit Martinus V. Augustinianis per litteras An: 1426. Incipiunt: *Ad circumspēctam*: ut in eorum Bull. Itē Nicolaus V. mandavit hujus Bullæ executionem per litteras Anno 1451. Inc: *Solicitudo*. ibid. & Julius II. Olivetanis per Bullam, dat. prid. non. Jan. Incipit: *Etsi ad universos*: est 12. in Bull. comm. in n. 22.

## S. 5.

*Intercessionēs Externorum non admittendæ.*

Per Privilegium concessum Prædicatoribus à Greg. XIII. per Bull. dat. 1. Jun. 1580. Prælati eorum jubentur in Virtute S. Obedientiæ, nè ad instantiam Personarum tam Ecclesiasticarum, extra ipsum Ordinem, quavis dignitate, etiam Cardinalitiâ fulgentium; quàm Laicarum, etiam Regali, & Imperiali, ullam gratiam concedant, vel pœnas remittant: & Fratres, qui per mendicatos hujusmodi favores aliquid acquisiverint, perpetuò inhabiles declarantur. Habetur in Bull. Comm. Bullâ 62. hujus Pontificis. Quam confirma-


firma.

firmavit, extenditque Clemens VIII. & similiter alii Pontifices aliis Religionibus concesserunt &c.



## DECIMÆ.

Vide verbo *Exemptio*. §. 4. 5. & seq.



## DECLARATIO.

*Declaratio Privilegiorum & Constitutionum.*



Irca declarationem nostrarū Constitutionum, & Privilegiorum, ac Nostri Instituti, vide, quæ dicuntur verbo *Generalis*. §. 5. & 6. Itē vide, quæ peculiariter circa Privilegiorum declarationem habentur verbo *Privilegia*. §. 4. Pro declaratione autem dubiorum conscientiae, vide verbo *Scrupuli*.



## DIGNITAS.

*Omnius, etiam Generali, interdicitur acceptatio cujuscumque dignitatis extra Societatem.*

D 7

Præpo.